

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Salutatio ad B. Mariam efficacissima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

fissima, perducens animam meam egredientem de corpore meo immediate ad gaudia sempiterna Amen.

Salutatio ad B. Virginem Mariam efficacissima.

Quot maris sunt guttae, cœli stellæ, quot beatorum spirituum agmina, quot arborum folia & terræ gramina, toties ex intimo cordis mei te saluto, ô nobilissima, electissima, pulcherrima, gloriofissima atque dignissima mater Dei, cœli regina præclarissima, amabilissima, domina atque dulcissima mea virgo Maria. Saluto autem te in uione a moris & p[ro]p[ter] cor dilecti filij tui atque orationis te amantium, meq[ue] tibi commendando, atque in proprium filium metibi a signo. Opto etiam ut tu me suscipias & apud Deum facias ut totus sim tuus, tu tota sis mea, post Deum domina, gaudium meum & corona ac mater mea dulcissima atque fidelissima Amen.

Gloriosa Virgo Maria his frequenter compellanda est verbis.

Sub tuum præsidium configlio sanctissima Dei genitrix virgo Maria: tu ab omni peccato, ab hoste maligno, ab omni periculo animæ & corporis libera & defende me: in hora quoq[ue] mortis meæ esto mihi benigna & misericors, animamq[ue] meam de corpore discedentem mox conspectui Dei repræsenta, Amen.

Libri II. FINIS.

D. IOAN: IVSTI LANSPERGII, Carthusiani, in Librum centum & quinquaginta Theoriarum.

PRAEFATIO.

Non charitate perpetua dilexite, ideo attaxi te, miserans tui. Hieremiæ XXXI. Actiæ de ortu, vita, passione glorificationeque Domini nostri Iesu Christi, p[er]issimæque matris eius, cum primis operæ premium fuerit oculos constituere, paucisq[ue] enucleare, quantas sit virtus vite passionisque Christi, quanta ibi lateat gratia, quantus indefructus proueniat, quanta denique eadem sedulo meditanti, obtingatur utilitas, tametsi multi ea de re, idque doctissime scripserint, nem[us] potuit tamen id unquam satis haclenus, vt ipse

